



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Theologia|| Ivridica,|| Sev Ivs Civile Theologicvm,||

Fickler, Johann Baptist

Dilingæ, 1575

VD16 F 976

In raptu non solumfactum sed etiam voluntatem puniri, quantumq[ue] fit
crimen, & quæ raptoribus reptisque non inuitis pena statuta sit.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63414](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63414)

monachorum, aut virginum, aut mulierum omnino sacrarum, & in venerabilibus monasterijs habitantium habuerit causam. De clericis etenim & ordine conuentionis eorū iam leges conscripsimus, quas valere & firmas esse omni volumus modo. Scriptum exemplar viro clarissimo Ioanni præfecto sacrorū Orientis Prætorio, iterum exconsuli ordinario & Patricio. Scriptum exemplar Basilidi gloriosissimo magistro sacrorum officiorum. Scriptum exemplar Longino gloriosissimo Præfecto vrbis.

DE RAPTIV, SEV CORRUPTIONE SACRARVM VIRGINVM.

In raptu non solum effectum, sed etiam conatum ipsum & voluntatem puniri, quantumque sit crimen, & quæ raptoribus raptisq; non inuitis pœna statuta sit, in hoc capite cauetur.

IOVINIAN. IMP. IN L. SI QVIS. 1.
C. de Episc. & cleric. & c.

SI quis, non dicam, rapere, sed attentare tantum iungendi causa matrimonij sacratissimas virgines ausus fuerit, capitali pœna feriatur.

IUSTINIAN. IMP. IN L.
Raptores. C. eod.

Raptores virginum, vel viduarum, vel diaconissarum, quæ Deo fuerint dedicatæ, pœna criminum peccantes, capitis supplicio plectentur.

Hec lex etiam habetur in C. Theodosiano. tit. de rapt. & matrim. sanctimon. & lib. 6. tripartitæ hist. cap. 3. vbi occasio huius legis exponitur. & Nicepho. lib. 10. cap. 39. Eccl. hist.

Raptores capite plectendi.

Raptu & Deo
& hominibus
fit iniuria.

Raptores san-
ctimonialiū
in flagranti
crimine de-
prehensos oc-
cidi posse.

plectendos esse decernimus : quod non solum
ad iniuriā hominum, sed & ad ipsius omnipo-
tentis Dei irreuerentiā committitur. Qui huius-
modi crimen commiserint, & qui eius
auxilium tempore inuasionis præbuerint, ubi in-
uenti fuerint in ipsa rapina, & adhuc flagran-
te crimine deprehensi a parentibus sanctimo-
nialium virginum, vel viduarum, vel diaconis-
sillarum, aut earum consanguineis, vel cura-
ribus seu curatoribus conuicti interficiantur.
Sin autē post commissum tam detestabile cri-
men aut potentatu raptor se defendere, aut se-
ga euadere potuerit: in hac quidem regia vbi
tam viri excelsi præfeti prætorio, quam glo-
riosissimus præfetus vrbi: in prouincijs autē
tam viri eminentissimi præfeti prætorio, per
Illyricum & Africam, quam Magistri militum
per diuersas nostri orbis regiones, nec non vi-
spectabilis præfetus Ægypti, & Vicarij & Pro-
consules & nihilominus viri spectabiles, De-
ces, & viri clarissimi Rectores prouinciarum,
nec non alij cuiuslibet ordinis Iudices, qui in
locis illis inuenti fuerint, simile studium cum
magna sollicitudine adhibeant, vt eos possint
comprehendere, & comprehensos in tali cri-
mine post legitimas & iuri cognititas proba-
tiones, sine fori præscriptione durissimis pena-
nis afficiant & mortis condemnent supplicio.
Bona autem eorum si hoc commissum fuerit
in sanctimonialē virginem, quæ vel in alicui
terio, vel monasterio degit: siuē eadem virgo
diacon-

diaconissa constituta sit, siue non: eidem monasterio vel asceterio, vbi consecrata est, addicantur, vt ex his rebus & ipsa solatium habeat, dum viuit sufficiens, & res omnes sacrosanctū asceterium seu monasteriū pleno habeat dominio. Sin autem diaconissa cuiuscunq; Ecclesie sit, in nullo tamen monasterio vel asceterio constituta, sed per se degit: raptoris eius substantia Ecclesie, cuius diaconissa est, adsignetur: vt ex his facultatibus ipsa quidem vltim fructum, dum superest, ab eadem Ecclesia consequatur: Ecclesia verò omnem proprietatem & plenam possessionem earundem rerum nostro habeat beneficio: nemine vel iudice, vel quacunque alia persona hæc audente contemnere. Pœnas autem, quas prædiximus, id est, mortis & bonorum amissionis, constitutumus, non tantum aduersus raptos, sed etiam contra eos, qui hos comitati in ipsa inuisione & rapina fuerint. Ceteros autem omnes qui conscij & ministri huius criminis reperi & conuicti fuerint, vel eos susceperint, vel quamcunq; opem eis tulerint, siue masculi siue feminae sint, cuiuscunq; conditionis, vel gradus, vel dignitatis: pœna capitali tantummodo subijcimus, vt huic pœnae omnes subiacent, siue volentibus, siue nolentibus sanctimonialibus virginibus, siue alijs supradictis mulieribus, tale facinus fuerit perpetratum.

Contra hoc idem crimen Iustinianus peculiarem edidit Titulum, scilicet: de raptu virginum, seu viduarum,

Bona raptorum Monasterijs cedere.

duarum, nec non sanctimonialium, in quo lege
idem propemodum tractat, quod in d. l. raptores: n.
quod illic et de secularium virginum et viduarum
raptu fit mentio.

IUSTINIAN. IMP. IN AVTH. QVOM
oport. Episc. & cat. cleric. &c. §. quanta
igitur. collat. 1.

Oportet omnes, quæ ordinantur, venerabi-
les diaconissas, tempore ordinationis et
moneri & sacrorum audire mandatorum præ-
cepta coram reliquis, quæ dudum sunt vene-
rabiles diaconissæ, ut & ipsæ Dei timorem ha-
beant, & ad hærentem sacris mandatis fide-
ciam: timere autem & confundi sacro cadere
ordine: scituras, quod si præsumperint, aut
erubescerint ordinationem, aut derelinquen-
tes sacrum ministerium ad nuptias venerint
aut aliam omnino elegerint vitam: ipsæ qui-
dem obligatæ efficiuntur morti, & substantia
earum applicabitur sanctissimis Ecclesijs aut
monasterijs in quibus sunt. Qui verò eas aut
uxores accipere, aut corrumpere præsumpe-
rint: obnoxij quidem & ipsi gladio erunt in-
stantia autem eorum applicabitur fisco. Si enim
in antiquis legibus, virginibus illis, quæ in ve-
rum errorem vocabantur, mortis incumbere
damnum corruptis: quomodo non magis nos
in ijs, quæ à Deo glorificantur, definimus, pu-
dicitiam, quæ quàm maximè mulieres exor-
nat, conseruari volentes: competens venerabi-
libus diaconissis, ut, quod decet naturæ, cultu-
diant, & quod debetur sacerdotio, cõseruentur.
IDEM

De quib. reb.
admoneri
debeant mo-
niales.

Moniales præ-
uaricantes
mortali poena
plectentur.

Ab exemplo
Vestalium
in vrbe Rom.
De quo sext.
Pomp. & Plu-
tarch. & Mar-
tian. in topo-
gr. vrb. lib. 4.
cap. 23.

IDEM IVSTINIAN. IN AVTH. DE SAN-
ctis. Episcop. §. si quis rapuerit. Coll. 9.

Si quis rapuerit, aut sollicitauerit, aut corru-
perit a scetiam, aut diaconissam, aut mona-
stiam, aut quamlibet aliam foeminam vene-
rabilem habitum habentem, huius res ex talis
sceleris participio iuberius venerabili loco, in
quo talis foemina habitat, per locorum sanctis-
simos Episcopos, & Oeconomos eorum, nec
non etiam cuiuslibet provinciae iudices, & eo-
rum officia vindicari. Eos autem qui talia de-
liquerint, & participes eorum sceleris fuerint,
capitale periculum sustinere: talem vero mu-
lierem, ubicunque est, cum proprijs rebus in
monasterio recondi, in quo cautius custodiri
possit, ut non rursus in eodem crimine reperia-
tur. Si vero Diaconissa fuerit, & filios habuerit
legitimos, legitimam partem dari filijs. Si au-
tem intra vnum annum postquam cognosci-
tur tale facinus commississe, tales res iuri vene-
rabilium domorum non vindicentur: iubemus
omnibus modis comitem priuatarum fisco no-
stro has assignare, locorum iudice qui negle-
xerit easdem res vindicare, cingulo priuando,
& multam quinque librarum auri a comite
priuatarum exigendo.

IVSTINIAN. IDEM. IN CONST. 6.

apud Iulianum, §. ea quae diximus.

EO tempore quo diaconissae consecrantur,
admoneda sunt, quod si postea nupserint,
vel aliam vitam elegerint, gladio ultore ferian-
tur,

Raptorē vnā
cum moniali
fugitiua gla-
dij supplicio
puniri.

tur, & facultates earum monasterijs, siue Ec-
clesijs addicantur. Is autem qui corrumpit eam
puniatur quidem eodem supplicio, bona au-
tem eius filii viribus vindicentur.

IDEM IN CONST. CXV. §. SI QVIS
rapuerit, apud eund. Iulianum.

Pœna,

SI quis rapuerit, vel sollicitauerint, vel cor-
perit Ascetiam, vel diaconissam, vel mo-
nastriam, vel aliam mulierem religiosam vi-
tam vel habitum habentem, bona ipsius & eo-
rum, qui huius sceleris communione conta-
minati sunt, religioso loco vindicentur, in quo
talis mulier habitabat, per religiosos Episco-
pos & Oeconomos, & Præsides provinciarum
& officiales eorum: ipsi autem capitali pena
subijciantur. Mulier autem ubiq; inuelliga-
tus, & cum suis rebus monasterio cautiore
datur.

IMP. CONST. A. AD ORFITVM. L. 1.

C. Theodosiano. De rap. vel matrim. sanctimon.

EAdem vtrumq; raptorem serueritas fecit,
nec sit vlla discretio inter eum qui pudore
virginum sacrosanctarum, & castimoniam vi-
duæ labefactare scelerosi raptus acerbitate
tegitur, nec vllus sibi ex posteriore constanti
raptæ valeat blandiri.

IN HOC CAPVT DE RAPTU
admonitio.

Incestus gra-
uè crimen.

CRimen illud nefarij in sacras Virgines, seu Mo-
niales incestus, Christianis imperatoribus con-
exosum tamque abominabile fuit, quod simul subli-
tissimo Raptus crimine eiusdemque pena capitali
compe-

comprehendi voluere. Cui rei testimonio est illa Iu-
 stiniani lex senera, sed iusta, sub titulo Codicis sui:
 De raptu virginum, seu viduarum, nec non sancti-
 monialium, tum etiam l. raptores. C. de Episc. & Cle-
 ric. quam huic libro iuxta inserimus: neq. toto hoc
 capite aliud distant repetuntque leges Imperatoriæ
 quam pudicitiam Monialium, et incorruptores, præ-
 ter confiscationem bonorum, sanguinis supplicium.
 Longo etiam tempore ante Iustinianum, sanctissi-
 mus Princeps Iouinianus (qui circiter annum redem-
 ptionis nostræ CCCLXVI. à Christiano exercitu
 Imperio profectus est) experientia edoctus, antecesso-
 rem suum Iulianum Apostatam diuina vindicta
 grauissimis malis, eò quòd Ecclesiam Catholicam in-
 festauit, fuisse afflictum, præter alias in Deum &
 veram religionem pias atitiones, ad secundum Præ-
 fectum prætorio quoq. generalem dedit constitutio-
 nem, vt deinceps capitaliter in eum animaduertere-
 tur, qui sacram virginem, non dicam rapere, sed at-
 tentare iungendi matrimonij causa, aut oculos impu-
 dicos ei adycere auderet. Eamq. legem vt promulga-
 ret, adductus est, quòd homines quidam improbi atq.
 impudici scelestas atque incestas huiusmodi nuptias,
 vel persuasione adhibita, virginibus corruptis con-
 traxerant, sub Iuliani imperio, consuetudine & fa-
 da libidine, flagitia talia audere permittente, & re-
 ligione tum Christiana periclitante: idque testantur
 Nicephor. & Sozomenus in suis historijs, quorum te-
 stimonia confirmat Iustinianus Imperator, qui eam
 legem Iouiniani suo Codici sub titulo: De Episcopis
 & Clericis &c. inscripsit. Porrò Iustinianus pluribus
 Z 2 deinde

Iouinian. Im-
 peratoris lex
 in raptores
 quare lata.

Niceph. li. 10.
 cap. 39. Sozo-
 men. lib. 6. ca.
 3. Eccles. hist.
 si quis non
 dicam. C. de
 episc. & cler.

deinde authenticis constitutionibus cavuit: ne
 Deo semel dedicata fuisset, humanis nuptijs se
 modo implicari pateretur, grauisimis supplicij
 in nubentem quam ducentem constituitis. IACO
 sanctissimorum veteris Ecclesie Patrum, ac beatis
 simorum Pontificum sanctiones quibus sacrilegi
 le incestus non solum interdicitur, sed diris quoq;
 uouetur. Atqui nostro hoc infelici eius contage
 (cuius etiam supra mentione aliquam fecimus)
 M. Lutherus, monachus olim, tandem vero et
 nastici ordinis et vere religionis desertor, neq;
 nomum sanctitatem reueritus, neq; legum seueritate
 metuens, primus in Germania, quamdiu iam
 initio Christi fides in ea durauit, Iuliani illius
 tatem, Apostata Apostatam, sacrilegus sacrilegij
 imitatus, cum sacrata olim virgine incestus
 lus) nuptias inire ausus est. Nam postquam
 ginitatem et castitatis votum multis maleficijs
 fecisset, et sanctimoniales virgines diaboli
 scriptis suis criminatus fuisset, ipse corrupta
 leferiata monialis sponsus factus est: et eo
 tempore, cum recenti adhuc rustica clade Germa
 tellus sanguine maderet, omniaque bello, ca
 rapinis feruerent. Quamuis raptor ille sanguin
 tus (vt alij de eo scriptum reliquere) omnium
 malorum, miseriarum et calamitatum fuerit
 origo et occasio: vsq; adeo tamen non doluit,
 lum miserationis indicium, ne ad oculum quib
 hibuit, vt Erynni quadam percitus, de communi
 trie malis exultare, deq; interemptis rusticis
 phum agere, atque de Principis sui Ducis Friderici
 Electoris

Lutherus in-
 cestus impie-
 tate Iulianum
 Apostatam
 secutus.

Lutherus spon-
 sus factus gra-
 uiter laboran-
 te Germania.

Lutherus ori-
 go Germani-
 cae calamita-
 tis.

Electoris (qui per id tempus vita functus erat) morte
latari videretur. Nam paulò post ubi ille mortuus,
& rusticorum passim multa milia caesi essent, ac tota
Germania in luctu, confusione & merore miserè cõ-
ficeretur, ipse hac omnia dissimulans, quam dixi mo-
nalem duxit uxorem, & letas celebravit publicè
nuptias, incestu & votifragio (vt Historici verbis
vitar) sacrilegas, ac tot milibus occisorum funestatas.
In quas sanè nuptias tum non infestiuum edidit car-
men doctus quidam vir, interq; cetera personam re-
ferens Lutheranorum, sic cecinit quod in gratiam le-
ctoris huc quoq; adijcere non piguit.

Lutherus in
communi lu-
ctu Germaniæ
incestas nu-
ptias cum iu-
bilo celebra-
uit.

His Magistris licet nobis omne nephas, licet pro bis,
omnibus obstrepere. Cum iubilo.

Conculcare iura, leges, infamare licet reges, Papamq;
cum Casare. Cum iubilo.

Sed & ipsos irridemus Christi sanctos, & delemus
illorum imagines. Cum iubilo.

At Priapam Lampsacenum veneramur & Syle-
num, Bachumq; cum Venere. Cum iubilo.

Hi sunt veteres coloni, nostri ordinis Patroni, quibus
ille militat. Cum iubilo.

Septa claustrum dissipamus, sacra vasa compilamus,
sumptus vnde suppetat. Cum iubilo.

I cuculla, vale cappa, vale Prior, Custos, Abba,
cum obedientia. Cum iubilo.

Ite vota preces, hora, vale timor cum pudore, vale
conscientia. Cum iubilo.

IDEM ALIO CARMINE.

Vos etiam scurræ, lurcones & parasiti,
Quos male delectant populi ieiunia Christi.

Z 3

Vos

Vos quoque lenones, periuri, sacrilegique,
 Virginitas quibus est flocci, votumque sacramque
 Denique Thrasones, linguaces, ardeliones,
 Quique diu accisi Christumque fidemque negastis.
 Impuri, quorum deprauat lingua sodales
 Perfida, et in sensum reprobū quos crimina docent
 Tu quoque fex vulgi, cui sunt nunc dura superna
 Frena potestatis, iuga quæ furibunda resoluta,
 Cuncti legisfragi celebrate hymeneæ magistri,
 Cuius vos faciunt votis documenta potiri.
 Tu noua nupta tuo velum deponere marito,
 Rumpere pudicitia zonam votumque fidemque,
 Tam bene quam Christo vestrum sacravit vitæque
 Conspurate torum, mentemque et corpora raptæ
 Sacrilego incestu: per vos generabitur illa
 Pernicies mundi, certissimus Antichristus, etc.
 Hæc quidem Lutheri fuerunt nuptiæ, hoc celebre
 coniugium, cum bis rapta moniali. Primum cum
 insigni quodam nebulone Leonardo Koppo ex mo-
 nasterio rapta et abducta, post deinde à Lutheri
 ganeum suarū incestarum nuptiarum indulta fuit.
 Proinde fuerit opera precium harum iniuria breuiter
 ex sua recensere historia, quæ orbi testatum facti
 no salutis nostræ sesquimillesimo vigesimo tertio
 eidiisse in illum vsq; diem rem inauditam et stupen-
 dam, facinus planè audacissimum contra omnes
 leges et canones, ac maximè nefarium atque sacrile-
 gum.

Cuius quidam oppidi Torgauensis (vbi plerumque
 residere solitus est Dux Saxonie Elector) ausus est
 quodam ex monasterio Nymicensi clam ablatum

novem virgines sacras pariter, & quidem in tem-
 pore sacratissimo, quo Christianus populus maxi-
 me occupari solet cultu Dei, & devotionis studio, in-
 teragenda Christi passionis memoria, confitendis
 peccatis & sacratissima Eucharistia communione.
 De quo sanè scelere adeò nihil doluit Lutherus, vt
 mox edito libro facinus illud toti Germaniæ inuul-
 garet, iuxta illud Salomonis: Qui relinquunt iter re-
 ctum, & ambulant per vias tenebrosas. Qui latantur
 cum malefecerint, & exultant in rebus pessimis. Et
 vt propheta quidam ait: peccatum suum quasi So-
 doma prædicauerunt, nec absconderunt: Laudans
 igitur impium raptorem illum in quodam vulgari
 lingualibello: Fecisti opus novum, inquit, de quo pro-
 vincia hominesque cantabunt & loquentur, quod
 multi velunt ingens incommodum proclamabunt.
 Qui autem cum Deo sentiunt, velut ingens com-
 modum glorificabunt, vt sis certus Deum ita ordi-
 nasse, & non esse opus aut consilium tuum proprium:
 ac stoccifacias illorum clamorem, qui pro omnium
 pessimo id opere habebunt, & existimabunt neq. ordi-
 natum neq. commissum à Deo. Vah vah, dicent. stul-
 tus Leonardus Koppen à damnato & hæretico mo-
 nacho circumuentus, audet novem moniales vna vi-
 re abducere è monasterio, & adiuuare vt vota sua
 vitamq. monasticam abnegent ac deserant. At dix-
 ris hic. Hoc verò est pulchrè seruare secretum & oc-
 cultare, imò prodere ac vendere, vt in me concitetur
 totum cœnobium Nymicense, quandò iam audiunt
 me illum fuisse raptorem. Respondeo, inquit Luthe-
 rus, immò verò felicem raptorem, sicut & Christus

Raptus nouè
 virginum sa-
 crarū in gra-
 tiam M. Lu-
 theri.

Prouerb. 2.

Esa. 3.

Lutheri en-
 comium de
 rapto Vesta-
 lium.
 Lutheri de-
 fensio pro ra-
 ptu.

raptor erat in mundo, quando per mortē suam Prius
 epi mundi auferēbat arma & vasa sua, apertūq; dū
 tebat captiuum: ita & tu has miseras animas ex ca
 cere humana tyrannidis eduxisti, & quidem oppro
 tunissimo tempore in Pascha, quo Christus suorum
 quoq; captiuitatem captiuam duxit. Hæc Lutherus
 Et ne quid rationis aut pudoris ferali huic sceleris
 liquum esset, in fine eiusdem libelli sui nominatim
 commemorat nouem illas raptas, nomine & cogno
 mine vnāquamq; proprio, quæ omnes erant gene
 nobiles, in perpetuum sanè dedecus & opprobrium
 inclarum familiarum, quas tam insigni scelere
 famat. Neq; posthæc cessauit castitatis votum
 scindere, quin incestum raptumq; maximis laudibus
 ueheret. Quoniã rursus vbi alia ei data esset occasio
 quantumuis impudens, leuis et inhonestā, alium
 dit libellum Teuthonicum, cui hic erat titulus: *Ex*
 quoddam, quomodo Deus quandam honestā
 lem eripuit: cum præliminari Epistola quædam
 Comitibus Mansfeldensibus. Contigerat autem in oppidum
 eorum Comitum, cui nomen est Isleben, vbi
 dum insigne erat sacrarum virginum monasterium
 Florentinam quandam Lutherano fermento
 respicere retrò in mundum, adeo quod occulte
 ciaret cognato se nolle diutius in monasterio
 statum enim eum naturæ conditioniq; suæ contrariū
 esse. Posthæc rem ad Abbatissam detulit, quæ
 tis admonitionibus eā erudiens, cum nihil proficeret
 carcere eam, vt maneret, adigere voluit. At
 per eam cuius custodiæ commissa erat, ostium car
 ris negligentius fortè apertum fuerat relictum, Flo
 rentina

Lutheri aliud
 encomium in
 raptum ince
 stum.

Historia de
 raptu promo
 uo à Luthero.

venina elabendi occasionem nata, monasterio se sub-
trahens, ad Asylum suum Lutherum confugit, Ab-
batissa verò & verbis & literis requirente fugiti-
vam, eamq; de periurio & transfugio accusante, Lu-
therus libello illo probare nisus est, maximo Dei mi-
raculo Florentinam ex inferno fuisse liberatam. In
preliminari enim epistola, non dubito, inquit, incre-
ditos, ubi de hac Florentina audierint, eam mirabi-
liter à Deo ereptam esse ex faucibus diaboli, quos-
dam verò, qui monialium statum existimant bonum,
dicturos esse, Diabolus iuuit eam ut exiret, Alios
qui nec Deum nec diabolum multi faciunt, dicturos
esse, Ecce, nunquid miraculum est, ut monialis ali-
qua excurrat è monasterio? Ita evenire oportet. Quā-
do autem tumultuans quissiam spiritus peregrina-
tionem institueret, faceretq; vnum ex miraculis, de
quibus Paulus ait: 2. Thess. 2. Homo peccati per fal-
sa signa & prodigia venit: aut quando diabolus si-
neret se cruciari aqua benedicta, & fingeret se in ea
magnam pati angustiam, quemadmodum nuper hoc
anno quodam in loco factum est: hoc oporteret esse
miraculum Dei. Nos autem, qui Euangelium iam
scimus, & veritatem agnoscimus gratia Dei, neque
debemus neq; audemus eiusmodi miracula, quæ ad
confirmandum Euangelium fiunt, illudque prome-
nent, sic dimittere &c. Hæc verò egregia laus infā-
mia atq; perfidia, hæc insignia miracula, quibus vo-
uum Euangelium, vel ipso Luthero authore, confir-
matum est. Ceterum de eximiis hisce recentioris E-
uangelij exemplis vnum saltem adhuc recensemus,
ut amplius cognoscatur, quibus Prophetis, Aposto-

Lutherus asy-
lum apostata-
rū & trans-
fugarum.

Nota miracu-
lum Luthe-
ranum, cuius-
modi nouum
Euangelium
confirmatum
est.

Euangelium
neopisticum,
quib. Prophe-

eis, Apostolis,
& magistris
propagatum.

Carolstadius
archidiacon⁹
(si dñs pla-
cet) Lutheri
exemplo ux-
orem duxit.
Missa cōficta
à VVitteber-
genſib. in nu-
ptias Carol-
stadij.

Egregiam ve-
rò laudem. O
ſtulti VVitre-
bergēſes, quis

lis & magistris diabolus regnum suum propagere
voluerit. Andreas Carolstadius, VVittebergensis
olim Theologus & Archidiaconus, Epicuri
voluptuariam doctrinam et egregium facinus, bo-
nio post incestum eius coniugium, secutus est, quod
cum eo tempore apud VVittebergenses in non
gari existimatione esset, vetitas & sacrilegus
nuptias summo illi studio & magna quidem celebri-
tate promouerunt & exornauerunt. Nam et
priam huic nouo sponſo confinxerunt Missam quae
& in lucem edere illos non puduit, sed quia eius
empla vix amplius reperiuntur, & ab ipsi Euan-
gelicis postea ob pudorem faciendū penitentiam
pressa creduntur, eam hisce prioribus adiungere
lur, ut lector habeat vnde temerariam illorum
titiam & stultam temeritatem simul & rideat
admiretur, quam nec Pasquius Roma lepidius
excogitare potuisset. Eius autem missa Intrusus
habet.

Dixit Dominus Deus, non est bonum hominibus
esse solum, faciamus ei adiutorium simile sui. V. r.
Adhaerebit homo uxori suae, & erunt duo in carne
vna. Gloria patri &c. Dixit Dominus Deus &c.

ORATIO, SEV COLLECTA.

DEus qui post tam longam & impiam sacerdotum
tuorum cecitatem beatum Andrean Carolstadium ea gratia donare dignatus es, ut primis
nulla habita Papistici iuris ratione, uxorem duceret
ausus fuerit. Da quaesumus, ut omnes sacerdotum
cepta sana mente, eius vestigia sequentes, et ceteris
cubinis aut eiusdem ductis, ad legitimi confor-

thori conuertantur. *Per Dominum nostrum Iesum* vos fascina-
Christum, &c. uit? Lutherus.

PROSA SEV SEQUENTIA.

Deus in tua virtute Andreas Carolstadius gau-
det & letatur thalamo copulatus.

Piscatio Episcopi ipse primum factus piscator est
uxorum.

Sacerdotes pornolatræ diu, ad normam reduxit ma-
trimonii.

Illegibus ius Romanum tuus Deus victor strenuus
subiungit.

Consilium Pauli tui sequens, & iam bonum se osten-
tans coniugem. Pornolatræ,
 id est, fornica-
 tores seu for-
 nicationis
 seruos.

Mirantibus, inuitis que Papistis, uxorem quaesitam
adibus nuper suis intulit.

Atque magno decore sacerdos inscripsit titulos con-
ingatus, Domine.

Illam sacerdotem verè tuum credimus,

Christi filij tui atque fraterculum.

Nos ergo cōcubinis nostris grauati, te Deus poscimus,

Vi illius qui pastores nostros sectatus antiquos, tibi
placet.

Nos imitatione gaudeamus in æternum.

ITEM SECRETA.

Sacrificium nostrum, quaesumus Domine, beni-
gnus suscipias, ut quod tuæ maiestati in Andrea
Carolstadij nuptialibus primitiis deuotè offerimus,
eius efficacia a cunctis scortationis defendamur pe-
riculis. Per Dominum nostrum &c.

COMPLENDA SIC.

Sint nobis Domine auxilio sumpti sacramenti my-
steria, & sicut Andrea Carolstadij connubiali ce-
lebrè-

lebritate letamur: ita fac, quae sumus. sacerdotum iugia toto orbe feliciter auspicientur, feliciter succedant, & quam felicissime finiuntur. Per Dominum nostrum Iesum Christum, &c.

Carolstadius
Lutheri studio
e Saxonia
eiectus.

Carolstadius
ex Theologo
miser & ridiculus
evasit
rusticus.

Carolstadij
miseranda
coniunx.

Vittebergē-
suum falsum

Quemadmodum autem inanis & plane ridicula huius est Missae confectio sic vana eorum spes & infaria precatio, infelicissimumque illarum nuptiarum auspiciū fuit. Nam haud multo post ex Vittebergensi synagoga eiectus, omnibus Ducum Saxoniae oppidis et finibus ei interdictum est, idque propter eius facinora. Tandem postquam vitam aliquandiu in exilio miserrime sustinisset, factus ex doctore & Archidiacono coniugato miser agricola & indoctus rusticus, qui arare nesciens, per inopiam arari cogebatur, equos habens indociles, quorum alter alter illac ante aratrum tendebat, vel pergenes aratro, alter tergiuersabatur, ut aspicientibus & commiserationi esset miser arator, nullo accedente vicinorum auxilio, quae non vulgaris est afflictio, nam poena haec maxima est, Imperator ait, inter homines versari, & hominum carere suffragio. Cuiusmodi qui sanctam. C. de apostat. & glo. circa primam. Nullum credent. agric. &c. coll. 4. Nec vero raptivum marito sacerdote felicior fuit, quae ex nobili familia orta, & tenerè educata, exemplo pernicioso & infamato nupsit contra ius & phas sacerdoti & homini ignobili & alienigenae, tot demum molibus fami, proscripto, inopi & abiecto, apud quem rusticus quidem vel cibario pane saciari posset: raptivum autem falsum falsò in nuptiis beatum dixerunt Vittebergenses, in fausto illum auspicio in-

rantes. Exempla hæc, licet prolixius quam putassem adducere propterea volui, non solum ut liqueret quam infelicia ex raptu contingant hominibus matrimonia (quam. n. Lutheri coniugium in progressu fuit inhonestum, nos castis auribus parcentes, silentio nunc præterimus, cum de illa turpitudine satis loquantur poemata Lemnij) verumetiam ut cognoscere liceat, quam belli sub initio huius noui Evangelij fuerint incesti thori promotores, ut iam facile quis expendere queat, quis finis tam inauspicata principia secuturus sit, si obiter saltem vel inspexit, vel ab aliis accepit quæ interim incommoda mundo nata sunt. Nec aliter fieri potest, cum unico principio illicito dato, plura sequi incommoda necesse est. *Auth. Ut iud. fm. quoq. suffra. &c. in prin. coll. 2.* Non sic profecto plantatum est Euangelium Christi, cuius discipuli à nuptiis sese vel plane continebant, vel quas habuere uxores dimittebant. Quid mirum igitur, si recens hoc Euangelium in contrarium effectum exeat, quod à suis Apostolis & Evangelistis iam contrario studio ceptum & usurpatum est? Cum itaq; hoc tam graue & enorme crimen sit, quo non solum humani pudoris reuerentia sed etiam religio atq; Deus ipse offenditur, iure optimo diui Imperatores constituere, quod tam impuri facinoris rei virore gladio & bonorum confiscatione punirentur. *d. l. vn. C. de rapt. virg. l. raptores. & l. si quis. C. de ep. & cler. Simili quoq; pena damnatos voluerunt, quicumq; vel consilio, vel fauore, vel vlla ope tale crimen procurarent vel adiuuarent. d. l. vn. §. penas autem. & d. l. raptores. Idq; merito quidem. si. n. (ut*

encomium de
 nuptiis Ca-
 rolstadij.

A minori ad
 Iustinian. maius.

Justinian. Imp. ait) in antiquis legibus, virginibus illis (Vestalibus) quæ in eorum errorem vocantur, mortis incumbere damnum corruptis: quomodo non magis nos in iis, quæ à Deo glorificantur, defimus pudicitiam (quæ maxime mulieres exornat) conservari volentes, competens venerabilibus diaconissis, ut quod docet natura, custodiant, et quod debetur sacerdotio, conseruent, s. quanta igitur Abbatum quom oport. Ep. & cler. & c. coll. 1. Apud Romanos autem in Vestales, si qua forte corrupta fuerat, horribili mortis pœna animaduersum est, id quod apud Lium, Sext. Pompeium et Plutarchum eleganter descriptum extat. Nam quæ virginitatem prodiderat, vincta defodiebatur in urbe, quo quidem loco superciliium erat terrestre porro se intendens, quo Latmorum vocabulo tumulus est. Ibi struenda subterranea domus, haud magna, in quam e loco superiore descendebatur. Iacebat in ea stratus lectulus et lucerna ardens, primitiæq; rerum earum, quæ necessariæ sunt ad victum, breues quædam panis aquæ in vase, lac et oleum, quasi cauerit ipsa domus, ne fame eius corpus intereat, quæ maximis expiatioibus dedicata sit. Ipsa verò pœnæ obnoxia feretro inposita, exterius obiecta, lorisq; ligata quo neque etiam quieuerat audiri, per forum vehebatur. Silentio accedebant omnes, eamq; sine voce, graui conuulsione quodam transmittabant. Neq; aliud spectaculum horribilibus erat, neq; alium diem mortuorum egisse Romanos, Scriptores tradunt. Cum verò delatum feretrum delatum erat, solutis à ministris vinctulis, Sacerdotum princeps arcana quadam precatione

Eccles. 62.
Vestaliū corruptarū apud Romanos horrenda pœna.

De hoc negotio etiā Bart. Marlianus scribit in Urb. Ro. Zopographia. lib. 4. capit. 23. & Luc. Faunus de antiquitatib. Urbis. lib. 4. cap. 10.

tum, sublatisque ad Deos manibus, ante supplicium
 clucebat eam capite operam, constituitq; in scalis in
 domicilium deferentibus. Deinde ille cum aliis sa-
 cerdotibus diuertebatur. Cum autem ille descende-
 ras, et scala tollerentur, multa dosuper iniecta humo
 domicilium operiebatur, adeo ut is locus reliquo æ-
 qualis tumulo fieret. Et sic qua sacram virginita-
 tem prodaderant, puniebantur. Inmane profecto sup-
 plicium in Ethnica superstitione. Verum nobis de his
 negotium est, qui virginitatem suam Deo unico et
 vero deuouerunt, quæ, ne specioso charitatis nomine
 in hoc peccati baratrum corruant, charitatem puram
 omnino mortali affectione liberã sumant. Neq; enim
 prolapsa ad voluptatem quicquam ad excusationem
 proderit umbra solatiunq; comubij: neq; viuentem
 virum sub prætextu comubij non soluta circumue-
 nire aut fallere poterit. cui mortalem hominem post
 excimios illos, quos ab illo perceperat honores, impiè
 per adulterij nefas in honore prætulit. Ne sanè in-
 congrue his, qui sunt eiusmodi, illud Apostolicum ap-
 tati potest: Quoniam cum fornicatæ à Christo fue-
 rint, nubere volunt, habentes damnationem, quo-
 niam primam fidem irritam fecerunt non matrimo-
 nium, sed adulterium consumantes. Nullus itaq; ad
 id impietatis erumpat, ut sponsam Domini contin-
 gere audeat: nullus adeo insanus ac sacrilegus porro
 sit, ut immaculatam hostiam impudicis manibus tra-
 het: nemo in tantam audacia temeritatisq; profiliat,
 ut eiusmodi vltionem sacrilegis impendère confide-
 rat, non vasa inanima ex auri argentiq; materia e-
 laborata, sed animata ipsa et diua donaria, latronis
 more

1. Tim. 5.

more profanis manibus temerare atq; inestare profanum. Immo verò nullus adeò impius, atrox, inhumanusq; sit, ut nò inanimata templi vasa, sed ipsum templum, Virginum scilicet sacrarium corpore ipsamq; omnium preciosissimam animam, in templi Dei sacratissimi donarij vice locatam, libidinibus, barbarica immanitate succendat.

DE DOCTRINA ET TRADITIONE SANCTORUM PATRUM ECCLESIAE CATHOLICAE.

Non minus nostro hoc ævo contentioso, Apollonius atq; olim nos admonet ac hortatur ut steterimus et quas accepimus, siue dicto siue scripto, traditiones, eos verò, quibus hæ displicent, vitari morari iubet idem, rixosis Ecclesiae consuetudinibus obiciens: Si quis inter vos, inquit, videtur esse contentiosus, nos talem consuetudinem non habere, quæ Ecclesia Dei. Atq; hæc rectè quidem Patrum nam cõsuetudo ratione inducta si in civili vita legis habet, iuxta l. diuturna. ff. de legib. quæ in causis diuinis. In quibus. n. scriptis legibus utimur, id custodiri oportet, quod moribus et consuetudine inductum est. l. de quibus. ff. eod. tit. et in rem retinendum esse fidelissimè vetustatis Imperator ait in l. testamenta. C. de testam. Multa scriptura in Ecclesia Dei seruantur, quorum si legem scripturam nullam inuenies, ut cum uariis non haud ineptè dici queat, non omnium quæ a maioribus

Consuetudo
vim legis ha-
bet.